

d *Delinquens.*) Farin. q. 5. 1. vol. 2. num. 19. *Rof. e Sed quaro.*) Videtur Farin. loco mox citato, nu. 21. *Rof. Sed quaro nunquid possit.*) Adde ¶ videndū Neuz. in Sylua nupt. libro tertio, numero 28. cum sequent. vbi ponit quatuor ampliationes, & septem limitationes; vide etiam Socinū consil. 118. vol. 4. Crauet. consil. 181. nu. 6. Alba. cōf. 15. & Purpur. consil. 363. nu. 2. vol. 1. & dictis edictis, siue monitorijs, non ¶ astringitur ille, qui bona voluntate defuncti aliquid tenet, Ripa respons. 77. sed latius habetur per Nauar. in suo Manuali de furto.

5 Item adde, ¶ quod licet inuentori rei alienæ aliquid accipere à Domino, vt sibi rem indicet, secundum Hostien. in cap. dudum, il. 2. de election. tamen Abb. ibi in 6. col. in dubium reuocat. *Baiar. E Monitorias.*) Amplia quinque modis, atque etiā limita septem, vt per Neuz. in loco in text. allegato. & adde, quod non fertur excommunicatio, ob furtum omne mortale, vt per Nauar. in suo Man. & quoniam egregiè materiam pertractat de furto, quod metale, quod reale, & quæ paruitas a mortali excusat, & quæ qualitas excusat à mortali. Et qualiter furtum notabile, & furtum factū pauperi, & diuiti qualiter metiendum. Et furtum mortale, quæ quantitas faciat, & ponit, quæ à mortali culpa excusant, de illis si vis scire, apud illum videto, & etiā de restituendi ordine. Et quid restituendum, & quantum restituatur, & cui restituendum, de ordine adhibendo, & quando restituendum. Et quæ causæ non restituunt à peccato excusant. Et de restitutione bonorum incertorum. Quæ omnia hic placuit relatiuè posuisse, quoniam alijs iudicando relinquo. *Baiar.*

6 *Sed nunquid poterit Index.*) Adde videndum ¶ Riminal. lun. in consil. 327. & Bertaz. consil. 107. & 343. vbi latissimè quis non teneatur reuelare delinquentem, etiam stante proclamata, de quibus consultationibus valde dubito, quando ab habente auctoritatem proclama factum fuerit, & secundum Iason. in l. 1. §. si tibi iudicium, ff. de cond. ob turp. causam, quis non teneatur indicare furem, siue malefactorem, nisi in quinque casibus.

7 Item adde, quod ¶ nec fur ipse tenetur se reuelare, vt per Rebuffum super consil. tomo 2. in tract. de famil. salar. g. of. 10. numero 10.

8 Item adde, quod huiusmodi ¶ edicta contra testes, seu omnes scientes successum rixæ, seu successum homicidij, sunt valida, nec concedi debent, & testes, qui virtute edicti deponere noluerint, ¶ poterunt postea examinari in dicta causa, ad defensionem rei, sine incurfu alicuius pænæ, ita tradit Sola in Comment. ad consil. Sabaudæ in ver. vt nemo inuitus accusare, num. 6. cum seq. fol. 171.

9 *In multis autem locis ad sunt statuta.*) Adde, quod ¶ multo minus ad statutum intelligitur de ipsomet malefactore, si se ipsum reuelat, Bart. in l. 1. §. si tibi. ff. de cond. ob turp. causam

Bald. in l. 3. C. de eod. Afflict. in consil. si damna clandestina, num. 70. & ibi nu. 50. loquitur etiam de socio.

11 *Sed contrarium legitur de Cesare Augusto, qui ¶ decies festertium edicto promiserat illi, qui Coracoram in Hispania Ducem latronum ad se deduceret. Coracoras re intellecta se ipsum Angustio spontè obtulit, ac præmium promissum dari iussit, ne aut mercede promissa, vitam eripuisse, aut publicam securitatem violasse videretur aduersus eum, qui in iudicio spontè se ipsum præsentauerat: tametsi iure damnare, ac supplicio latronem afficere potuisset. Ita recitat Bodin. de Republic. libro primo, capitulo secundo, cart. 2. in fine.*

12 Item adde, quod ¶ in crimine lætæ maiestatis, particeps reuelans delictū liberatur, & præmiū consequitur, Gigas in tract. de crimin. lætæ mai. est. lib. 2. q. 19.

Item adde, quod Index potest proponere præmiū capienti malefactorem, si proponit cum consentiū Regentium ciuitatem, & tale præmiū in dubio denbet solui de bonis ¶ offensa, ad cuius iniuriam vindicandam id fit, & si illa bona non sufficerent, vltimo loco debet solui de bonis fisci, ita tradit Angel. in verbo, quod fama publica, versic. 13. num. 72. cum sequent. & Roman. consil. 409. & tradit etiam Angel. ibi num. 74. quod officialis ¶ publicus non debet habere tale præmiū etiam non à se constitutum, sed etiam vniuersaliter ordinatum, & à Statuto deputatum.

15 Item adde, ¶ an officialis possit imponere pœnam capitis, & confiscationis bonorum per edictum contra non reuelantem delinquentem, vide Riminaldum iunior. consilio 327. volum. 3.

16 *Sed pone, stat statutum, præmians interficientem bannitum, & aliquis mendaciter dixerit, bannitum interfecisse, & præmium peteret, loco præmij, mortem reportare deberet, & ita in contingētia facti iurit decimū in ciuitate Parisiorum, vt refert, & concludit Gulielm. Benedict. in capitulo Raynutius, in verbo, mortuo itaque testatore, il primo, numero 341. de testam.*

17 Item adde, quod si extaret ¶ statutum, quod daret præmiū inuenienti bannitum, debet intelligi de eo, qui bannitum ceperit, secundum Alber. Angel. & Doctor. in l. 1. §. si. ff. quod quisque iuris.

*Bart. in l. 3. §. si ex stipulatu.*) Magnum tamen est hoc edictum, quod socio reuelanti, non attendantur literæ impunitatis, nec præmij promissio: Ideoque nil mirum, si stantibus litteris impunitatis à Senatu concessis Illustrissimo Domino, & Patrono meo Raynutio Gambaræ, super complicibus, & confijs tractatus mortis Illustrissimi quondam Brunorij eius filij vnigeniti, nihilominus isti Assassini, & Latrones nil detegunt. Hanc enim præticam nouerunt omnes Marioli, per text. in l. prima, §. cum quis latronem, ff. de quæst. quæm

quem citat Boss. tit. de confess. numer. 19. & tit. de remed. ex sola clementia Principis, num. 32 & est apud Felin. in cap. 1. col. 2. de off. deleg. qui limitat hoc in non subdito, ut talis non subditus, sed particeps præmium consequatur, allegat Bart. in l. 3. ff. de cond. ob turp. causam per tex. in cap. si quis Papa 79. distin. vide similia pro clamata apud antiquos Romanos in usu fuisse, unde Appia. Alex. Romana Historia ciuil. Bell. lib. 4. At qui intemptorū à se capita nobis apportarit, hic liber fuerit, quinque supra viginū mille Drachmas pro qualibet recipiet: seruus ultra proprij libertatem corporis decem millia Drachmas atticas, & ciuilitatem heritui consequetur, eadē indicantib. præmia aduerunt. Idem Appianus Alex. ciuil. bell. lib. 1. ait, senatus per preconē statim annunciari iubet, si quis Atelij interfecitorem publicaret, libero quidē arguatur, seruo libertatem, conscio veniam polliceri, & Lilius lib. 6. Decad. tertia. Itaque consul pro auctoritate Senatus pro concione edixit: qui quorum opera id conflatum incendium profiteretur præmium fore, supra in §. furtum,

versic. solent etiam Ratio autem, cur reuelanti gratia non attendatur, inf. q. 30. versic. Præterea quaro, sic, & aliàs dicimus, quod Index promittens reo impunitatem, illam non tenetur seruare infra, quæst. 55. versic. circa primum. Contrarium tamen ut seruari debeat fides ab eo, qui potestatem habet promittendi impunitatem, dixit inf. d. q. 55. versic. circa secundū. Nec satis reperio rationem diferentia inter promissionem factā à statuto, quæ non seruatur, ut hic, & promissionē factā à Principe, quæ seruari debet, ut ibidē cogita. At de monitorijs, de quib. supra hac ead. quæst. versic. sed quæro, & quo in eis maxime apud Ecclesiasticos procedatur, uide Cociū Trident. sess. 25. c. 3. Menoc. de arb. iud. li. 1. q. 26. in fi. & eodem tract. lib. 2. centur. 4. cas. 355. nu. 5. & quō ad executionem monitorij procedatur, nō fecus ac in multa, de qua inf. q. 44. ver. vt nūc dam sciat, uide etiā Quinti Mandos. tract. de monit. q. 31. sub nu. 4. & no. quod cum statutum dat præmiū reuelanti, non sufficit reuelare, sed debet probari ex mente Ang. vt per Alex. consil. 78. sub num. 27. vol. 5. Drogh.

QVÆSTIO XXVIII.

Tractatur materia capture.

S Y M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 De capture reorum,
- 2 Captura an concedi debeat, statim porrecta contra aliquem accusatione.
- 3 Mulieres an possint personaliter detineri.
- 4 Doctores an possint carcerari.
- 5 Clerici an possint de iure detineri.
- 6 Et an à iudice seculari.
- 7 Capi nemo debet sine iudicis commissione.
- 8 Captura an possit committi ipsi parti offensa.
- 9 Detentus appellans an sit relaxandus Remissiuè. Ex Additionibus.
- 1 Index incompetens an possit delinquentem capere, & competentem presentare, etiam sine periculo fuga.
- 2 Index qui libet dicitur competens ad capturam, quando adest suspitio fuga.
- 3 Index capiens temerè innocentem puniendus est.
- 4 Tenetur parti ad interesse.
- 5 Et etiam iniuriarum.
- 6 Index ecclesiasticus clericum temerè carcerans, ex communicatione incurrit.
- 7 Lim. nisi aliqua iusta causa exoneretur.
- 8 Captus absque iudicis an debeat ex carcerari, si postea indicia supernenerint.
- 9 Captus nulliter relaxari non debet, quando de nouo contra ipsum captura esset concedenda.
- 10 Carceri quis potest in criminalib. etiā qd pena sit pecuniaria.

- 11 Carcerandi arbitrium in criminalibus residet pœnes iudicem.
- 12 Quid Romæ seruetur.
- 13 Captura ante contumaciam est arbitraria, postea verò necessaria. Testis, qui repellitur à lege, facit indicium ad capturam, num. eod.
- 14 Index non cogitur incipere à captura persona.
- 15 Index non deueniens ad capturam in delicto graui, non caret suspitione.
- 16 Index an possit deuenire ad citationem realem, vel personalem, non constito de delicto. Et quid seruetur in Regno Neapolit.
- 17 Executor capiens aliquem iniuste, potest impune ipsum liberare.
- 18 Index tenetur carcerare filium ad iussum patris.
- 19 Licentia de capiendo, an duret in tempus successoris, remissiuè.
- 20 Et an post mortem mandantis.
- 21 Mulier potest carcerari post condemnationem.
- 22 Mulier quando possit personaliter detineri. Et cum ea mitius est agendum, quam cum masculino.
- 23 Clerici quando possint carcerari, remissiuè.
- 24 Delicta enormia quæ dicantur, remissiuè.
- 25 Clericus quando possit per laicum carcerari, remissiuè.
- 26 Index incompetens potest delinquentem capere, vt presentet Iudici competentem.
- 27 Clericus debet remitti absque alia requisitione.
- 28 Delinquens in flagranti potest à quolibet capi. Prinata persona potest alios requirere ad capiend. & custodiend. malefactorum.
- 29 Homicidium non dicitur ex animo deliberato si malefactor, dum capitur, occidatur.
- 30 Executores incedentes per Comitatus non possunt grauare rusticos.





ADDITIONES Ad Quæst. XXVIII.

Item est de informationibus. Iudex indebite carcerari faciens aliquem, quod puniatur in syndicato, teneaturque ad damna, & interesse, & ad alia plura, Farinac. quæst. 27. nu. 141. & alijs seqq. teneaturque actione iniuriarum ibidem numero. 134. & alijs pluribus Captura dicitur iniusta multipliciter, nempe ratione loci. Farinac. q. 27. de qua infr. numer. 88. & alijs sequen. Item ratione temporis, ibidem numero. 105. & alijs pluribus item ordinis non seruati ibidem. Ros.

Dicitur est de informationibus. Iudex incompetens potest delinquentem capere, & captum representare competenti, etiam sine periculo fugæ, Bar. in l. si quis in feruitute ff. de fur. & Boer. in decif. 215. numero 34. contrarium autem tenuit Neuiuzan. consil. 52 num. 14. sed Viu. in decisione 341. numero 1 tenet, quod ad omnem capturam non mittendam omnis iudex est competens in suspitione fugæ.

Item adde, quod si iudex in criminalibus a capturam personæ incipies si temere caperet innocentem, punitur, vt dicit Bald. in l. 2. C. de his qui harr. & Paris de Put. versic. captiua, numer. 14. & in versicul. quia plerumque, & tenetur parti ad interesse, & expensas, ut ibi per eum, & Bald. in l. i. tenentur, C. de excusat. ut. immo talis iudex tenetur actione iniuriarum, & vt per Bart. & Angel. in l. si vero, §. 1. ff. qui satid. cogan. & Aret. in tract. malef. in vers. pro quibus Antoninus fideiussit, & ibi Addent. & Episcopus, vel iudex Ecclesiasticus clericum carcerans, incurrit etiam poenam excommunicationis. cap. si clericus, de sent. excomm. in l. c. 2. & Corn. in consil. 325. volum. 4. nisi aliqua ex iuxta causa iudex excusetur, ut per Paris. in dict. versic. quia plerumque, & carceratus non procedentibus indicijs, licet postea indicia superueniant, debet relaxari, quia captura non potest iustificari ex nouis causis, & indicijs postea superuenientibus, Bald. & Paul. de Cast. in l. si quis, ff. de testam. sed hoc non seruatur in practica, & fatuus est iudex, qui ita faceret, & est etiam de iure, per ea quæ tradit Pau. de Cast. in consil. penult. in fine volum. 1. & addent. ad Beitz. in consil. 465. in littera. C. quia carceratus nulliter relaxari non debet, quando captura contra eundem de nouo esset concedenda, siue faciendâ, Crau. consil. 46. num. 7. & Viu. opi. 87. num. 7. uol. 1. Bauid.

Teneatur in syndicato. Adde supra q. 20. uersic. ad formandam q. 21. versic. assertio vulnerati, ibi est etiam tale dictum. Drogh.

Primum est. De quo infra quæst. 46. uersic. in hoc per Clar. de indebite carcerato, seu detento Farinac. tit. de carceribus, & carcer. 1. uol. quæst. 27. ubi numero 4. inquit, dici eam indebitam esse capturam ratione incompetentiæ iudicis. Ros.

Alias enim non est reus. Adde, quod si in criminalibus deuenitur ad capturam, etiam quod poena sit pecuniaria, Boss.

QUEST. XXVIII.



Item est de informationibus. & indicijs per curiam assumendis se-

vt videamus, quid facere debeat iudex post ipsas in formationes assumptas. Et in primis quidem debet iudex diligenter considerare, quid ex ipsis informationibus contra reum resultet, & an ei videatur deueniendum esse ad decretum captura contra ipsam: in quo quidem ad tria praeipue animaduertere debet, ne si iniuste aliquem detineri faciat, teneatur in syndicato. Primum est, vt delictum, de quo agitur, sit tale, pro quo ingeratur poena corporalis: alias enim non est reus ad carceres conducendus. Quæ autem sint delicta, in quibus poena corporalis ingeratur, dictum est infr. quæst. 68. &

in it. de carcer. fideiuss. relax. numer. 2. & latè Farinac. q. 27. numer. 39. Bauid.

Scias autem, quod in criminalibus Iudex potest incipere a captura, ante quam constet de crimine si timet de fuga, vel propter atrocitatem delicti, personæ qualitatem, & conditionem, & poenæ grauitatē cap. si clericus, de sent. exc. Salic. in l. ea quidem numer. 77. & in l. nullus, numer. 4. C. de exhib. reis, & Cabal. ad cōsti. March. in cap. 3. lib. 4. & est arbitrium Iudicis, etiā nulli precedentibus indicijs.

alijs seq.

Secundum est, vt indicia, quæ resultant ex processu, sint sufficientia ad capturam, de quo aliquid dixi supra quæst. 20. uersic. ad inquirendum.

Scias autem, quod in hoc puncto aliqui tenuerunt, quod ex eo solo, quod contra aliquem porrecta sit accusatio criminis, pro quo poena sanguinis ingeratur, debet reus detineri, etiā quod nulla contra eum adsint indicia. Et dicit Paul. de Cast. consil. 328. nu. 1. lib. 2. quod ita est generalis consuetudo. Alij vero dicunt, quod antequam iudex procedat ad retentionem, seu carcerationem rei, necesse est, vt in primis procedant legitima indicia. Et hanc esse communem Doctorum opinionem affirmat Nouell. in pract. crim. fol. 23. numer. 7. Mibi non placet prima, nec secunda opi. Si enim (secundum primam opin.) porrecta accusatione, statim absq; alia

ne Bailus si furem in sin. & etiam Marfil. in singul. 93. incip. iudex licet, & dicit Dn. Clar. supra in quæst. 24. uer. uidi etiam plerumque quod testis, qui prorsus a lege repellitur, facit indicium ad capturam, ubi ita iudici videatur, quia quælibet suspicio sufficit.

Item adde, quod si licet possit Iudex incipere a captura personæ, non tamen cogitur capere, si potius uellet eum citare, nec teneretur in syndicato, imò si pars peteret familiam, & iudex denegaret, minimè teneretur in syndicato, nisi reus esset contumax, quia tunc cogitur dare familiam, secundum Bartol. in leg. consentaneum, Codicæ, quomodo, & quando iud. & Paris. in dict. versic. captura. §. quia plerumque, & Bartol. in leg. cum eod. ff. ad leg. Jul. pecul. sed hoc etiam cautus Iudex non faceret, si delictum esset tale, propter quod deueniendum esset ad capturam, alias non careret suspitione, & quandoque teneretur in syndicato, & ad interesse partis, si capturam denegaret, & carceratus aufugeret, Paris de Puteo in versic. captura, §. quia plerumque in pt. inc. & Carau. in ritu. 39. num. 11.

Item adde, quod in Regno Neapolit. Iudex non debet citare principalem ap informandum, nec ad capturam, deuenire, nec eum examinare, nisi prius constet de delicto, aliàs iudex puniretur, Grammaticus in decisione 60. colum. secunda, uersic. circa secundum, numer. decimonono, & hodie extat pragmatica Caroli Quinti, qua cauetur, vt non procedatur ad capturam, nisi incipiat constare de maleficijs, quæ incipit; inolescere, quæ est prima sub titul. de custodia reorū, quæ pragmatica non seruatur per iudices, nisi quando eis uidetur, ut attestatur Carauit. in ritu. 39. sub numer. 10.

Item adde, quod si Bailus, si siue executor aliquem capiat iniuste, poterit ipsum impune liberare, leg. si quis vxor. §.

ei, §. si fugitiuū, ff. de fur. & Paris de syndic. in §. officiales destinati in si. Item adde, quod ad iussum patris debet iudex filium detinere, cum non sit uersimile, quod pater, qui plus diligit filium, quam se ipsum, uelit eum carcerari sine iusta causa, si pater sit honesta persona, & discretus. Iaffr. decif. 209. Afsan. Clem. in tractat. de patr. pot. effec. 1. n. 18.

Item adde, an si licentia de capiendo duret in tempus successoris, per Bald. in l. 1. num. 3. ff. de postul. ubi dicit, quod sic, distingue tamen, vt per Rol. in consil. 38. nu. 7. vol. 3. & per Beu. consil. 4. nu. 13. & similiter ducuntur post mortem ipsius iudicis mandantis. Viu. opi. 555. nu. 4. vol. 2. Bauid.

Præsumitur deuenire ad capturam rei. Et hanc esse uero opin. quæ est dicit esse eodem Blanc. de ind. n. 6. Et cauti iudices illā obseruāt, ut dicit Ang. de malef. in uerbo Iudex comisit q. Caius, n. 4. quia s. habita aliquali informatione de delicto, iubent reū capi, si crimen sit tale, q. poena sit corporis afflictiva. Dicit et Bos. in tit. de captura, n. 3. q. ita decidunt commun. DD. subdens, q. iudices boni ita obseruant. Hanc et dicit esse iuridicā pract. et quam iudices moderni obseruant, Xua rez in suo uol. alleg. f. 68. n. 5. Et secundum hoc intelligendū esse puo d. Salyc. in l. fin. C. de quæst. de quo etiā aliquid dixi, inf. q. 45. uers. ceterum si reus, ubi ait, quod iudex habita informatione debeat formare inquisitionē, & deinde capi facere reū, non quidem, ut loquitur Salyc. in inquisitione, prout est libellus, seu citatio, quæ transmittitur reo, prout illum forte intellexit Dec. consil. 180. in fin. neq. et de inquisit. gen. quod ad personas, & specialiter quo ad delicta, prout illum intelligit Brunus de indic. & tort. f. 167. n. 5. & post eum Boss. in tit. de capt. nu. 8. 2. subdens, quod ita pract. obseruat: sed de processu informatiuo, qui formatur a iudice assumendo indicia, & informationes contra aliquē specialiter, ex quibus iudex deinde elicit titulū crim. qui est forma, et sub

Et ideo dicit, q. iudex, habita aliqua inform. pot. deuenire ad capturam rei. Et hanc esse uero opin. quæ est dicit esse eodem Blanc. de ind. n. 6. Et cauti iudices illā obseruāt, ut dicit Ang. de malef. in uerbo Iudex comisit q. Caius, n. 4. quia s. habita aliquali informatione de delicto, iubent reū capi, si crimen sit tale, q. poena sit corporis afflictiva. Dicit et Bos. in tit. de captura, n. 3. q. ita decidunt commun. DD. subdens, q. iudices boni ita obseruant. Hanc et dicit esse iuridicā pract. et quam iudices moderni obseruant, Xua rez in suo uol. alleg. f. 68. n. 5. Et secundum hoc intelligendū esse puo d. Salyc. in l. fin. C. de quæst. de quo etiā aliquid dixi, inf. q. 45. uers. ceterum si reus, ubi ait, quod iudex habita informatione debeat formare inquisitionē, & deinde capi facere reū, non quidem, ut loquitur Salyc. in inquisitione, prout est libellus, seu citatio, quæ transmittitur reo, prout illum forte intellexit Dec. consil. 180. in fin. neq. et de inquisit. gen. quod ad personas, & specialiter quo ad delicta, prout illum intelligit Brunus de indic. & tort. f. 167. n. 5. & post eum Boss. in tit. de capt. nu. 8. 2. subdens, quod ita pract. obseruat: sed de processu informatiuo, qui formatur a iudice assumendo indicia, & informationes contra aliquē specialiter, ex quibus iudex deinde elicit titulū crim. qui est forma, et sub

Et sic uidet. Adde, q. captura, & in formationes sint arbitraria Iudici sub. q. 21. uers. assertio vulnerati inf. q. 64. uers. Dixi quoq. q. 20. in prin. Menoc. de arb. iud. li. 1. q. 88. nu. 3. & ibi latè in materia captura. Drogh. Per informationē. Tribus concurrentibus, tamen, ut per Farin. d. q. 27. nu. 131. Ros. Et bene faciunt. Adde

Iulij Clari Sent. Pract. Crimin.

stantia ipsius inquisitionis, siue processus, iuxta ea, quæ dixi supra q. 3. uers. Et aduerte: et hoc modo utique debet formari inquisitio ante capturam, ut dicit Sal. in loc. præalleg. non autem debet reo transmitti ante capturam: quia illud esset uerbatur illū citares ut dixi infra q. 31. Et certe si eo modo intelligeretur, Sal. esset sibi ipsi contrarius, & esset ridiculū transmittere reo inquisitione, priusquā iudex illū capi faceret: quia nihil aliud esset, quā ipsum ad fugam instruere. Et quia tota materia indiciorū est arbitri iudicis, ut dixi supra q. 20. poterit iudex inspicere qualitate personæ, et delicti, decernere capturam contra reū, habita ea informat. quæ si bi sufficiens uidebitur. Aliter n. procedendū est contra nobilem

contra diuitem, qui non presumuntur uelle aufugere, quam contra pauperē, & uilem personā. Et ideo fortior indicia haberi debent ad carcerandū personā nobilem, & insignē, quam pauperē. Præterea aliter procedendū est in delictis occultis, quam in publ. & sic minora indicia sufficiant ad decernendū capturam, quādo agitur de crim. occulto, quā de publ. quæ omnia, & alia multa huiusmodi discreti s. iudex considerare debet: non enim pot. in his dari certa regula. Potest iudex capi facere reū, ubi & suspectus uideatur, & de fuga, & de delicto, & ad carceres conducit, procedente aliqua informatione. Et ita practicanē iudices deputati ad malef. ut dicit Sal. in d. l. ea quidē, n. 77. & in l. nullus, n. 4. C. de exhib. reis, quæ refert Carau. sup. nu. 34. ritu magna Cur. nu. 10. Non tamē debet iudex illum examinare, neq. reū capi facere super delicto, nisi legitima procedant indicia, ut dixi supra q. 20. circa princ. Et certe si in causis civil. licet iudici, et quādo q. et ipsimet parti capere debitorē, qui sit de fuga suspect. ut dixi infra lib. prox. multo magis id licere debet iudici in causis crimin. quæ sunt multo maioris momenti, & peiores ubi agitur de crimin. atroc. Et sic uidet, quod hanc materia informationū, & captura est quasi arbitr. iudici. Quinimō Sal. in l. 2. n. 2. C. de cust. reo. dicit, quod aliquādo dicitur etiā semiplenē constare iudici per inform. ab ipso habitā a plurib. non in figura iudicij, & quod sic sufficit ad capturam. Et dicit Cauen. super 41. rit. magna cur. n. 10. quod ita hodie seruatur in delictis enorm. quod est ualde notandū ad excus. iudicū, qui pleriq. antequam indicia in scriptis redigantur, faciunt reos detineri: & bene faciunt, quando delictū est graue, & subest probabilis suspicio fugæ. Tertiū debet iudex animaduertere, forte persona, contra quam captura decernitur, si talis quæ ex priuilegio detineri non possit.

Quæro igitur, nunquid Mulieris possint de iure personaliter detineri. Resp. q. non est tex. in c. mulieris, de ind. in 6. & est commu. op. vt attestatur Boer. in repet. l. consentaneū, nu. 144. C. quomodo, & quādo iudex. q. tamē intellige, vt procedat in mulierib. honestis: secus autē in meretricib. & uilibus. Sed certe quicquid sit de iure, hodie de consuetudine contrariū seruatur: nam indistincte mulieres capiuntur pro delictis, & carcerantur, sed bene ponuntur in carcerib. separatis a carcerib. uirorū. Et hac consuetudine attestatur Imo. in c. 2. n. 10. de pig. quæ refert Maria. de citat. ar. 5. q. 17. uer. 16. sal